



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

No[n] probat nostros homines multum occupari cum Energumenis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

riam Deus. Decem tartareos obsessores, obstinatosq; tyrannos ex occupata sede expulit. Reliqui Augustæ ad Sancti Vldarici, postremus ad ædem Deiparæ Oetinganam expulsus. Vbi præclara statim ad spectatores rei miraculo perculos verba Canisius adiecit, admonens, vt in quisq; descenderet: exploraret animi sui statum, noxas confessione piaret, vitæ nouum genus institueret, ne Diabolo aditum aperiret. Cessitea res magno bono non liberatæ solum virgini, sed aliis quoque permultis, ac nominatim præstantibus viris duobus, parenti ipsi virginis, qui cum Lutheranus tota fuisset vita, Catholicus factus est: tum Marco Fuggero (is erat eius familiæ Pater, & Princeps) qui serio animum ad virtutem applicuit. Illud tamen probabat magnoperè Canisius, quod optare Borgiam intellexerat, vt ad id muneris vix vnquam Prouinciales quenquam de Societate admouerent, testatus se nunquam vt sperabat, futurum amplius Exorcistam. Quippe Borgiæ, atque aliorum ante eum Præpositorum sententia erat, Societatis esse partes ex animis, magis, humanis quam è corporibus malos fugare Dæmones. Liberationem hanc alij fusè admouendum

*Non probat nos
stros homines
multum occupa-
ri cum Ener-
gumenis.*

dum describere. Plura mihi desiderare locus visus non est. Solum monuerim & Canisium, & literas à Prouincia tempestate eadem scriptas, decem numerare expulsos Dæmones, cum alij non nisi numerent septem. Regresso ab Vrbe Vendelino Augustam, retulit se Dilingam ad lucubrations suas Canisius: Augustæq; vti Patres ipsi contubernales memoriæ commendarunt, gratum omnibus post se sinceræ humilitatis & caritatis odorem reliquit.

Iam totus erat in libris, totus in pugna cum Ministris Hæreticorum. Et quâquam operosum imprimis, & graue tractabat negotium, tamen in dies vberius fruebatur obedientiæ pace, inferiorisq; loci securitate. Palamq; profitens experimento ipso sentire se quanto demum subesse, quam præesse sit optabilius, non desinebat tum nouas agere Deo grates, atq; Præsidibus, qui onus sibi a deo humeris suis impar detraxissent; tum eniti, vt gratû se beneficio, beneficij ipsius recto vsu, magis, ac magis præberet. Non tamen animarû causas omnino destituerat, sed & impensa subinde opera & consiliis, & vitæ suæ iuuabat exemplis, & literis etiam more sanctorum Doctorum, imprimisq;

*Libertas in ad-
monendo.*

misq; Hieronymi scriptitandis: ex quarum vnus
caput adscribi res postulat, quo Cardinalem Au-
gustanum ad reuifendam suam Ecclesiam (nam
Romæ degebat) hortatur: vt appareat personarū
in signium amicitias, quam non in suam, & ipso-
rū perniciem per corruptrices assentationes, sed
tantum in commune bonum libertate Christia-
na foueret, atq; adeo quo merito eidem Cardina-
li verè sapienti, ac pio, tam carus, ac venerandus
esset. Quod, inquit, ad Augustanam Ecclesiam at-
tinet, multi mecum exoptant reditum tuæ Celsi-
tudinis, & grauissimas quidem ob causas, sicut &
ante scripsi. Peius cum hac agitur Ecclesia, quam
istic vel credatur, vel intelligatur: & interim tot,
tantisq; sarcinis grauat suam conscientiam Epif-
copus, vt mirer sane quomodo quietum somnū
capere possit, præsertim vbi tot animarum millia
pereunt, & ob Pastoris absentiam oues, simulque
Pastores inferiores periclitantur. Ignoscatur mihi
quæso liberè dicenti, quod sentio, quoniam amo
Dominū meum Cardinalem Othonem, cui præ
omnibus debeo. Mallem sane illum absq; hoc E-
piscopatu viuere, quam solo Episcopatus titulo
gaudere, & oues tam negligēter pascere, quarum

lana